

11.

DISSERTATIONIS ACADEMICÆ
DE
CENTONIBUS POËTICIS
CONTINUATIO TERTIA,

QUAM,

VENIA AMPLISS. FACULT. PHILOS. ABOËNS.

PRÆSIDE

JOH. FREDR. WALLENIO,

*Academia Aboënsis h. t. Rectore,
Eloqu. Professore Publ. & Ord. Imper. Ord. de S. Wolodimiro
in quarta classe Equite, Societ. Oecon. Imp. Fenn. atque
Reg. Wermel. nec non Societ. Patriot. Holm. Membro, &
Societ. Latin. Jenens. Socio Honorario,*

PRO GRADU PHILOSOPHICO

PUBLICÆ CENSURÆ MODESTE SUBJICIT

CAROLUS ANDREAS IGNATIUS,

Adjunctus Pastoris in Haliko, natione Aboënsis.

In Auditorio Theologico die XXIX Sept. MDCCCXV.

Horis a. m. confvetis.

ABOË, TYPIS FRENCKELLIANIS,

PROBATION DEPARTMENT

18

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

18

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

STATE OF CALIFORNIA

DEPARTMENT OF PROBATION

STATE OF CALIFORNIA



Summi oratores veterum poemata vel ad fidem causarum, vel ad ornamentum eloquentiæ assunt.

QUINTILIANUS.

U^t HENRICO MEIBOMIO avo, diligenti veteris litteraturæ æstimatori, haud displicuit quondam, non solum contexere Centones, verum & ex aliis collectos singulari proponere libro præceptaque synarmonistici istius artificii adjungere (a), utque Bibliothecarum Græcarum
C La-

a) Cfr. *Disf. de Centonibus poetiis Alteram*, a Cl. D. C. STENIO a. 1805 evulgatam, p. 18; quem ad locum monuisse conveniet, prodidisse Helmstadii anno jam 1589, i. e. octennio ante librum istum in publicum emisum, ejusdem MEIBOMII *Imperatorum ac Cæsarum Romanorum ex familia Austriaca oriundorum descriptiones Vergiliano carmine*, & eodem anno *Centonem Vergilianum* alium *Ejusdem de Monomachia Davidis & Goliathi*, quos omnes in posteriore illa *Collectione* repetitos fuisse, probabile est. Sunt etiam *Elegantes Variorum Virgilio-Ovidio-Centones de Opificio Mundi, Christo Deo &c. imaginibus RAP. SADLERI exornati*, Monachii 1617, forma octava; quem librum raris annumerat OSMONT *Dictionnaire des Livres rares* T. II, p. 334.

Latinarumque scriptores FABRICIUM, HARLESIUM, ERNESTIUM *b)* haud piguit breviorum saltem inire Homerocentorum & Virgiliocentorum recensum: ita neque aut mihi aut aliis quibusdam nostratium indigna hæc visa fuit materia, cui retractandæ &, ubi fieri id posset, supplendæ temporis & operæ aliquantulum impenderemus. Persequar igitur & ego, bona Lectoris venia fretus, resumtum nuper disputationis filium, & Centones Latinos in superioribus nondum commemoratos, quotquot mihi innotuerunt, enumerare incipiam. Erit vero jubente temporum ordine primus

PETRI VIRETI (PIERRE VIRET), Bernensis aut Vaudensis potius Helveti, nati a. 1511, denati a. 1571, *Cento de theatriva Misse saltatione* ex ENNIO, LUCIO, LUCRETIO, CATULLO, VIRGILIO, HORATIO, TIBULLO, M. MALLIO (MANILIO?), CO NELLI GALLO, PROPERTIO, OVIDIO, PERSIO, LUCANO, STATIO, SILIO ITALICO, VALERIO FLACCO, JUVENALI, MARTIALI, CLAUDIANO, PAULINO atque AUSONIO *c)* consarcinatus & in quatuor redactus libros, quorum primus, metro heroico, versibus constat 638; secundus, exceptis v. 203 — 208 hexametris) ele iaco, 768; tertius, metro eodem, 93; quartusque, (præter v. 5 — 20 hexametros) eodem pariter, 346: longissimus, quem viderimus, Cento, & quatuor Geôrgicorum VIRGI-

GI-

b) J. A. FABRICII Biblioth. Græca, curante G. C. HARLES Vol. I. p. 551 — 555. Ejusd. Biblioth. Latina, Editionis Ernestianæ T. I. p. 381 — 386. HARLES Brevior Notitia Litteraturæ Romanæ Lips. 1789, p. 52, & Supplementorum P. Pr. p. 387.

c) Inest etiam L. I. v. 63 Græcus ERIMENIDIS versus:

Κεῖνες αἰεὶ ψεύσαι, κακὰ δεῖλα, γαστέρες ἀργαί

GILI libros quinta fere parte superans. Per totam hanc ce collectitiæ penus, nec inconditam tamen farraginem ut vagemur, exquiramusque quid singulis singulorum locorum fontibus debeatur. aq̄us nemo, ut speramus, postulabit: excerpisse contenti erimus nonnulla, mox apponenda. Interea vero indicasse conveniet, contineri illam rariore ejusdem Auctoris opere d). fuisseque hunc, de cujus vita legi posunt M LCH. AD MUS, ÖCHER & BAYLE, acerrimo Papismi odio inflammatum, & FARELIO atque SAUNIERIO in reformanda apud Genevenses religione socium. Centonis a se concinnati consilium & rationem ipse hoc modo explicat: *Quum ima inem aliquam ac velut quoddam rude simulacrum misæ fabulæ, ejusdemque histrionice saltationis, & scenæ totius, qua exornari consuevit, hominum oculis subjicere tamquam in tabula spectandum cogitarem, — — — — — conscripsi hunc Centonem, non ex uno quopiam pœta (ut solent qui Homeri aut Virgiliti Centones composuere) consarcinat in, sed ex quamplurimis simul pœtis, maxime vero vetustioribus, & qui inter Latinos principem locum jure obtinuerunt, merueruntque in Heroico & Elegiaco pœmatis genere. Nam nullos profero versus ex recentioribus CLAUDIANO vel AUSO-*

C 2

NIO,

d) De vero Verbi Dei, Sacramentorum & Ecclesiæ Ministerio, Lib. II. De adulterinis Sacramentis, Lib. I. De adulterato Baptismo Sacramento, & de sanctorum oleorum usu & consecrationibus, Lib. I. De adulterata Coena Domini, & De tremendis sacra Misæ mysteriis, Lib. VI. De theatrica Misæ saltatione Cento ex veteribus pœtis Latinis consarcinatus, Auctore PETRO VIRETO. Oliva Roberti Stephani. M. D. LIII. (Ad calcem additur: Excudebat Robertus Stephanus anno M. D. LIII. XIII Cal. Julii) Folio; Cfr. OSMONT l. c. p. 328. Est igitur in Aurivilliano Librorum Biblioth. Acad. Upsal. Catalogo, Sect. Pr. p. 985, corrigendum aut descriptionis aut typographicum sphalma, quo, pro XI, IX Viretiani operis Libri indicantur.

NIO, a quibus ne multa quidem admodum mutuatus sum. Si quis autem hoc non modo reprehendendum existimet, quod diversam novamque hanc consarcinandorum Centonum rationem ex variis poetis, mihi proposuerim, verum etiam quod illorum plerumque verba quaedam, præter consuetas Centonum leges, in alia immutarim (e), aut eadem retinens, transposuerim, aut eorum variarim collocationem, aut inflexiones casus, numeros, genera, modos, tempora, personas, & id genus alia, pro re nata, aut, quod minus fortasse videatur tolerandum, nonnunquam beneficiis etiam de meo quaedam addiderim quamquam non nisi ex veterum poetarum vocibus composita): hoc apud se reputet velim, in hoc novo poematis & Centonis genere, quod componendum suscepi, in primis decorum & legitimum videri debere, quod præter decorum præterque communes Centonum leges, in aliis factum haberi merito possit, ac denique nullum eidem ma-

e) Sic versus L. I. IO:mus, e Virgilianis Georg. II. 468 & IV. 564. compositus:

Dives opum, studiis florens, & nobilis otii,

mutavit non solum florentem in florens, sed per contrarium quoque ignobilis in nobilis. Ulterioris exempli loco, e multis addimus versum ejusdem Libri 323, qui, ultimo tantum pede si quem in lucri mutato, e Georg. IV. 6 expressus est, & versum II:di Libri 15, de sacerdote latinam mislam celebrante:

Barbarus at populo est, quia non intelligit ullus,

in quo, valde quamvis mutato, locum tamen agnoscat Ovidii Trist. L. V. eleg. 10. v. 37. Conferantur & L. II. v. 551 sq.

*Quantum quisque sua nummorum continet arca,
Sacratum pectus tantum habet & fidei,*

cum JUVENALIS III, 143 sq.

magis posse decorum convenire, quam nullum, suscepti cum ratione operis, decorum prorsus servavisse. Quid enim aliud efficias, si decorum aliquod pœticum servare studeas exquisitius, in describendo hoc Misæ monstro, in quo nec pes nec caput uni redditur formæ, quam si des operam, ut cum ratione (quod ait Comicus) insanias? — — — Ceterum quod nomina pœtarum, ex quibus hos decerpsti Centones, non adjeci cujusque versus aut hemistichii marginibus, hanc habui rationem, meo quidem judicio non prorsum injustam, nimirum quod id ipsum nimis molestum, difficile atque laboriosum fore videbatur: nam quum sæpe in his occurrant versus quamplurimi ex variis pœtarum hemistichii compositi, baud satis facile fuit tam variorum auctorum nomina, ac simul operum eorundem titulos, ex quibus desumpti essent, adscribere; — — — hoc certo affirmare possum, vix unum in toto hoc pœmate (eoque prolixiore fortasse quam res ipsa postulare videbatur) versum integrum exstare, qui totus meus dici possit, quod quidem meminerim. — — — Deinde tametsi ipsa hujus fabule materies merito sane suo tedium afferre ac bilem concitare potest cuivis non superstitioso & fascinato Papisticis veneficiis homini, ac iratus sum tamen minus molestam fore hujus pœmatis lectionem, si lector sibi in memoriam revocaret, se non meis verbis audire hæc sacra recitari celebrarique, sed præstantissimorum pœtarum vocibus & carminibus, ut jure optimo gloriari queat, se Latinam Misam audivisse, qua nulla fuit unquam Latinior. — — — Si quid autem inveniatur aliquando durius, aut obscurius, aut quod redundare videatur in versuum conjunctione & adaptatione, hoc minime mirum videri debet, præsertim in Centone elegiaci pœmatis. Nam præterquam quod Centones necesse est omnes esse coactiores ac minus liberos, quam si quis suo Marte pœma componat, huic meo Centoni hoc præterea accedit, quod ejus pars multo maxima elegiacis constat, quibus sunt
quam

quam heroicis leges astrictiores, in eo maxime, quod singulis hemistichis, aut certe tetrasichis, aut non multo longiore versuum ambitu, oportet integras sententias absolvi & contineri. E Præfatione lectu haud indigna hæc sufficiant, quæ vero eo transcripsimus libentius, quo plus ad noscendum non solum VIRETI propositum, sed etiam Centonariæ artis naturam atque rationem valent; ipsius scripti specimina hæc sunt:

de recentioris Romæ corruptela (l. 83 — 105)

*Nil patrium nisi nomen habet Romanus alumnus,
 Si genus arguitur vultu, nisi fallit imago.
 Nil pudet asuetos sceptris, nec jura fidemque
 Respectumque deum veteris speraveris aula.
 Jus & fas multos faciunt, mibi crede. nocentes;
 Dat poenas laudata fides, respectus honesti:
 Qui vult esse pius, Romana illa exeat aula.
 Libertas scelerum regna hæc invisa tuetur,
 Venalesque manus; ibi fas, ubi maxima merces.
 Linque duces priscos & numina pauperis ævi,
 Si tibi permittis felices carpere nugas,
 Has inquam nugas, quibus aurem advertere totam
 Non aspernantur proceres urbisque forique.
 Si tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva
 Acrius, & tenues finxerunt pectus Athenæ,
 Fracta cadet tantæ sapientia mole ruina,
 Mens bona ducetur manibus post terga retortis.
 Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
 Tu miserere tui, rabido nec perditus ore
 Fumantem nasum vivi tentaveris urfi.
 Horrendum hic stridet flammis armata Chimæra;*

Non

Non impune licet ridentem dicere verum (f).

Nec genus hoc scripti faciunt sua pulpita tutum;

de Sanctorum in templis reliquiis & imaginibus (I)
169—184)

*Reliquias divum, cineres atque ossa peremta,
Exuvias veteres, vetera ornamenta deorum,
Aurea quos solio stellantis regia coeli
Accipit, & numerum divorum altaribus augent,
Quorum sacrato corpus servatur in antro.
Hic, ubi sidereus propius videt astra colosus,
Ditiæque eois splendent donaria gemmis,
Mortalique manu truncis & robore nata
Est multa effigies, simulacraque nota deorum
Plurima (pictores quis nescit ab Ifide pasci?).
Atque etiam tabulae capiunt quæ lumina pictæ,
Numina vulgatis quæ non sacrata figuris
Arte carent, cæsisque exstant informia truncis,
Scilicet exanimæ dæ, saxa & inutile lignum,
Augusta gravitate sedent: sua quemque deorum
Inscribit facies; &c.*

de sacerdotis misam celebraturi, utpote bene nutriti,
obesitate, torpore, incondito boatu (l. 284 — 296. II.
97 — 102, 133 — 138):

*Hic quem sancta Venus molli requiescere somno
Perpetitur, casto desertum & coelibe lecto,*

Omni-

f) Expertus hoc ipse bis fuerat, acceptis aliquando a sacrificulo sibi insidiantæ vulneribus tam gravibus, ut jacens pro mortuo relinqueretur, & alio tempore a Canonici cujusdam Genevensis sermo veneno pæne interemptus; quibus de casibus videndi MELCH, ADAMUS & BAYLE.

Omnibus angusta prodit gravitate verendus.
 Pectora rauca gemunt, quæ creber anbelitus urget,
 Et commota gravis longe trahit ilia pulsus,
 A lasoque frequens suspirat anbelitus ore.
 Jura placent, sacrisque suos admittere testes
 Relligio mandat, monitu imperioque deorum.
 Murmura parva refert; passuque incedit inerti,
 Pinguis aqualiculi propenso abdomine tardus:
 Terga caput tangunt, colla intercepta videntur,
 Propensus venter pars maxima corporis exstat,
 Pectoribusque tenus mento palearia pendent.

Mobile colluerit liquido cum plasmate guttur
 (Quo possit tragico fortius ore loqui),
 Intonat introitum, reparabilis assonat echo,
 Incipit, a tergo brachia docta movens;
 Personat: Arcadiæ pecuaria rudere credas,
 Atque est materia fortior ipse sua.

Ille sonat raucum quiddam atque inamabile nare,
 Ut rudit a scabra turpis asella mola;
 Ille alter quo mordetur gallina marito
 Deterius, titubatque aspera lingua sono;
 Terribiles alius mugitus ore remugit,
 Conatus magnos ore ciere modos;

de transubstantiationis commento (I. 443 — 472. III.
 275 sq. 345 — 350, 389 — 400, 632, 647 sq.):

Jam patrii moris mensas posuere ministri
 Expendunt veteres calathos, & si qua fuerunt
 Dona laboratæ Cereris, Cereremque canistris
 Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis.
 Fermentoque carent puro farrata catino,

Instituuntque dapes, & adorea, tostaque liba
 Hæcque, novo exemplo, naturæ jure novato,
 Humanum corpus fient exsangve, deusque,
 Quæ modo panis erant, sæpe & sua fata novabunt.
 Nec qua naturam veterem ratione relinquant,
 Scire sinunt tenebræ, nec fas inquirere cuiquam,
 Nec visu facile est, nec dictu effabile dicunt.
 Pars fieri potuisse negant, pars omnia veros
 Posse deos memorant, sibilis & murmure parvo
 Atque sacerdotis flatu, quibus auferet illis
 Quod terrestre fuit, majestatemque verendam
 Imponet, nomenque simul corpusque novabit,
 Conferet & verso servatos nomine vultus.
 Et deus ecce novus coelo descendet ab alto,
 Si superos oret, si cantu supplice carmen
 Auxiliare vocet, cunctis polletius verbis
 Excantare deos, infundens murmura labris.
 Sic modo qui fuerat rudis & sine nomine panis,
 Induet ignotum corpus, sub imagine falsa,
 Aptæ mentitis superos celare figuris.
 Et quamvis forsitan dubites quod numen in isto
 Corpore sit, tamen est ibi corpore numen in isto.
 Quamvis forma hominis nequeat manifesta videri,
 Nec caro, nec mensæ saniesque dapesque cruentæ,
 His tamen hic conviva & sanguine vescitur atro,

In nova fert animus mutatas dicere formas
 Corpora, & in faciem dignaque membra deo.

Quid faciam? verum (mentiri nescio) dicam:
 Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.
 Pace tua dari liceat, Romana meretrix,

D

Nam-

*Namque ego non ullo vera timore tegam,
Non si me infestis discerpant sidera dictis,
Condita quin veri pectoris evoluam.*

*Di quoque carminibus, si fas est dicere, fiunt,
Tantaque majestas ore canentis eget.
Hos nunc dat cantus, magicæque potentia lingua
Devocat, & coelo diripit illa deos.
Ac quamvis aberit placitæ præsentia formæ,
De se narranti tu modo crede deo.
Quid frustra tumidas intendis rumpere buccas?
Si mihi nulla fides credito carnifici
Singula quid referam? nil hic mortale tenemus;
Intereat qui istos non putat esse deos:
Infelicem animam nostroque exhalet in ore,
Adversa bis esto lingua piata sacris.*

Est deus ignipotens, qui modo panis erat.

*O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in agris
Numina, quæ nobis dona ferunt Cereris;*

& de pane in eucharistia frangi solito (IV, 29 — 36):

*Cogitat & manibus violare audacibus orbem
Fatali crusti, frangere nec metuit.
Ast in frustra secans cerealia munera frangit:
Increpueve manus, fit crepitus digitis.
Atque ita divellit, divulsæque membra reponit,
Fractæque fabrili dedolat ossa manu.
Inde Tomos dictus locus hic, quia fertur in illo
Membra dei flamen consecuisse sui;*

quo in loco, præter VIRGILIO (ÆN. VII. 115) debitum *fatiale crustum*, felix facta est Ovidianorum de alia, ut facile intelligitur, re versuum (Trist. L. III. eleg. 9. v. 27, 33 sq.) accommodatio. — Addemus quoque Orationem Dominicam centonaria arte expressam (IV. 6 — 13):

*O pater, o hominum rerumque æterna potestas,
Cui solum æternum est stellantis gloria coeli,
Semper honos nomenque tuum laudesque manebunt.
Da facilem cursum, atque animis illabere nostris;
Absit iniqua fames, cerealia munera dona;
Da veniam, precor. & patrio tuearis amore,
Victa remollescant precibus tua numina justis;
Vis tua non levis est, dubiis ne desice rebus;*

ubi vestigia plus minus luculenta agnoscas saltem VIRGILII ÆN. X. 18. VII. 210 Ecl. V. 78. Georg. I. 40. ÆN. III. 89. VI. 196. & OVIDII Metam. XI. 121 sq. I. 377 sq. — Verum majorem etiam laudem, in opere non continuo sed frustatim composito, meretur satis & apta & copiosa (L. I. v. 228 — 235 sqq.) similitudo, qua cum apibus per florida prata vagantibus comparatur populi ad missam audiendam undique ruentis concursus:

*Ac veluti in pratibus, ubi apes æstate serena
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia funduntur. strepit omnis murmure campus,
Gratum degustantque thymum, studiumque laboris
Florigeri repetunt & sacri mellis amorem:
Culmine de summo sic dum sonus increpat æris,
Undique conveniunt omnes, pacemque per aras
Exquirunt, sacris observandisque diebus;*

quæ

quæ esse ex VIRGIL. ÆN. VI. 707—709, LUCAN. IX. 287—290, VIRGIL. ÆN. VII. 512 (Georg. I. 402), II. 799, IV. 56 & JUVENAL. VI. 536 expressa, facile perspicitur. — Quod autem ab inferienda passim profana mythologia haudquaquam abstinuit VIRETUS (g), id cum antiquis illis de Christo Homerocentonibus h), nec minus cum Virgiliocentone PROBÆ FALCONIÆ (i) commune habet. Præterea quamvis in centonaria arte inferior omnino sit LÆLIO CAPILUPO, non caruit tamen suo tempore vel applausu vel fructu, ut docent hæc JAC. VERHEIDENII k): *Ecclesia Lugdunensis frequentissima, aliæque vicinarum regionum hunc virum maxime coluerunt, scriptaque temporis tum ingenis visu Papisimum excipientibus summa voluptate perlegerunt Forte inter sinceriores Theologos nullus fuit, qui mysticum illud Romani Jovis regnum ita aperuit & perlustravit atque hic VIRIUS quod vel uno illo Centone (ut alia multa mittam) de theatrica Missæ saltatione ex veteribus poëtis confarcinato probari potest, qui lectorem, præcipue in poëtis versatum, novo genere voluptatis*

g) Pertinent huc Jupiter, Elicius Jupiter de uno & vero Deo, I. 151, 184, 303. III. 609 sq. Hecate, Cerberus, Charon (nauta, pius hominum qui trajicit umbras), III. 877—881, 894, 898, & alia.

h) WESTZYNTHIUS p. m. 18.

i) STENIUS p. m. II.

k) In Theologorum, qui Pontificem Romanum præcipue oppugnarunt, Vitis & Effigibus p. 119 sq. qui locus apud BAYLIUM repetitus legitur.

ptatis, ut apud Belgas decantatum illud *Apzarium Romanum* 1),
perfundit & recreat. Hinc etiam in expresam chalcographica arte VIRI effigiem tale est nescio cujus epigramma:

*Gallia mirata est fundentem mella Viretum,
Quo nemo fatur dulcius.
Doctorum certe servabere Gallia scriptis,
Aut interibis Gallia.*

Sequitur SAULI MERCERI seu, vero nomine, MARCI VELSERI, Duumviri urbis Augustanæ, nati a. 1558, denati a. 1614, *Proteus Virgilianus*, legendus in Operibus Eiusdem, editis, curante CHRISTOPH. ARNOLDO, Norimbergæ a. 1682, maxima forma. Contineri hoc Proteo, inter alia, etiam argumenta librorum *Æneidos* singulis versibus expresæ, indicant FABRICIUS atque ERNESTI m): quo igitur conatu consilium secutus is erat scholasticorum sat multorum sed sæpe ineptorum poetarum, summaria exhibentium librorum Virgilianorum Virgilianis ut plurimum scripta verbis, atque Anthologiæ Latinæ veteri PETRI BURMANNI Secundi, & Heyniani: Maronianorum Operum editionibus majoribus inserta.

Tertium nominamus Centonum Latinorum scriptorem LAURENTIUM FERNELIUM, Poeseos in Upsaliensi Academia

1) Est illud JESUWALTI PICKHART (PHILIPPI DE MARNIX) Bienenkorb des b. Römischen Irenschwanus, Christlingen 1581 (Sic AURIVILLIUS l. c. p. 550, sed MEICH. ADAMUS in Vitis Germanorum Jureconsultorum & Politicorum p. 336, & BAYLE voc. SAINTE-ALDEGONDE, annum habent 1571), forma octava.

m) L. c. T. I. p. 384. Cfr. HARLESII Brevior Notitia p. 252.

demia ab a. 1635 ad a. 1646 Professore Ordinarium, cujus, teste LAURENTIO O. WALLIO, Theologiae tum temporis ibidem Primario Professore, qui ipsum Cancellario JOHANNI SKYTTE sapius enixe commendavit n), fuerunt *Gustavides* duae (aut saltem *Gustavidum* initia), de GUSTAVORUM I. & II. (ADOLPHI) rebus gestis, itaque phrasibus Virgilianis scriptae, ut a VIRGILIO ipso protectae nemini non viderentur o). An prelo excudendae traditae unquam fuerint non constat, in primis cum morti vicinus FORNELIUS scriptorum suorum bene multa combusterit, nec videtur tamen improbabile, alteram harum eam esse, quae titulo *Gustavi Sago togati b. e. Regis Gustavi Adolphi rerum heroicarum in bello ac pace gestarum* a Bibliographis p) excitatur diciturque Upsalicae a. 1631 forma maxima prodisse. Est vero etiam aliud ejusdem FORNELII opusculum *Horologium Astronomicum Upsaliense, cujus artificiosissima structura, analysis & usus ad Carminis heroici proprietatem ita adornatur ac recensetur, ut insigniora eaque difficiliora, quae a poetis tractari consueverunt, Poeseos studiosis in conspectum veniant & inclarescant* (Upsalicae a. 1630 4:0), de quo, ad Horologii quippe Argentoratensis Fritschliniani similitudinem utcumque composito, hoc habetur laudati jam WALLII judicium: *Haec metra citra affectum*

n) Documento sunt Litterae in *Analectis Epistolarum* in primis historiam & res litterarias Sveciae illustrantium Cl. mi OLAVI A. KNÖS p. 9-12 & 12-14 legendae.

o) GEZELII *Biographiska Lexicon*, I Del, p. 301.

p) Jo. SCHEFFERO in *Svecia literata* p. 141. A. A. VON STJERNMAN in *Bibliothecae Sviogothicae* T. II, p. 475. P. F. AURIVILLIO l. c. p. 304.

fectum legenti, lectaque conferenti, incertum erit & difficile affirmare, uter horum palmam in scribendo carmine alteri præripuerit & alterum superaverit: nisi adscripta fuissent, & lector videret, horum versuum auctorum FRISCHLINI & FERNELII nomina, nescire habebit, sat scio, lector necessum, uter horum hujus, uter illius carminis auctor q); quod tamen recentius poema cum parodico aut centonario artificio vix quidquam habuisse commune, verisimile est.

q) SCHEFFERUS l. c. vøn STJERNMAN p 474. AURIVILLIUS l, c. cfr. Tidningar utgifne i Upsala 1773 N:o 14 p. 110.



Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

